



# **Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

**Riedel, Adolph Friedrich**

**Berlin, 1842**

I. Markgraf Hermann vereignet dem Hospital des heil. Geistes zu Prizwalk Hebungen aus dem Zolle daselbst, im J. 1300.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54306](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54306)

## U r k u n d e n.

## I. Markgraf Hermann vereignet dem Hospital des heil. Geistes zu Prizwalk Gebungen aus dem Solle daselbst, im J. 1300.

Vniuersis presentes litteras inspecturis hermannus, dei gratia Brandenburgensis Marchio et dominus de hennenherch, Salutem et notitiam subscriptorum. Ne ea, que geruntur etc. Hinc est quod nos ob reuerentiam dei omnipotentis et gloriose virginis Matris eius marie et in remedium peccatorum nostrorum et patris nostri quondam Ottonis pie memorie, contulimus et conferimus per presentes domui hospitalis Sancti spiritus in prizewale proprietatem reddituum octo talentorum, quos dominus Johannes de stendal a nobis habet et possidet in thelonio prizewale tytulo pheodali, volentes in hoc alimentis pauperum eiusdem domus misericorditer providere, Transferentes omne jus possessionis et proprietatis predictorum reddituum in vtus pauperum predictorum. Vt autem hec omnia a nobis et nostris successoribus inuiolabiliter obseruentur, presentem paginam ex inde confectam sigilli nostri munimine iussimus communiri. Testes huius rei sunt Nobilis vir dominus Buffo de Barbey, Bernardus de plozk, fridso de aluenfleue, droyseko, fritso de stendal, Nycolaus de quitfowe, Milites, et alii quamplures fide digni. Datum aluenfleue, anno Domini Millefimo trecentesimo, Sabbatho post quasimodogeniti.

Nach dem Original.

## II. Der Pfarrer Gerwinus tritt dem Rathe seine Ansprüche auf das Patronat der Buchholtschen Capelle ab, im J. 1312.

Ego gherwynus, plebanus in prizewalck, tenore presentium recognosco publice et protestor, quod dedi irreuocabiliter et presentibus do meum plenum et expresse consentum ad hoc, ut Consules dicte Ciuitatis prizewalck quicumque pro tempore fuerint, habeant perpetue ius presentandi Capelle ibidem ante valvam Ciuitatis bucholdesehe, in honore beate marie virginis constructe et dicte, et potestatem transferendi dictum ius presentandi ad tempus aliquod ex causa legitima in alium, pro arbitrio sue voluntatis et vtilitate Ciuitatis, Renuncians expresse et sollempniter quo ad me et ad meos successores vniuersos omni iuri presentandi seu iuri patronatus etc. Saluo tamen michi et meis successoribus vniuersis in predicta Capella quolibet parrochiali iure remanente. Pro quo iidem Consules ciuitatis prizewalck michi meisque successoribus duo frustra reddituum cum proprietate in Ciuitate prizewalk competentium prime misse comparare voluerunt in Ecclesia prizewalk et eidem, que dicitur vrumisse, perpetue apponere persoluenda prout in litera eorum desuper confecta plenius continetur. Vt hec rata permaneant, a me et meis successoribus inconnulla, Sigillum meum presentibus est appensum. Testes huius Consules noui dicte Ciuitatis pro tunc fuerunt Coppe langewisch, Jo walfstoue, zegherus valkenhaghen, gherardus ghyfenhaghen, Junior anthonius ghyfenhaghen, Coppe anghermunde, Conradus wedekynt, Conradus darghentyn, antiqui vero Consules arnoldus brizeck, Conradus kunzedyn, gherardus ghyfenhaghen senior, Jo. kementize et alii quam plures fide digni. Datum anno Domini M<sup>o</sup> CCC<sup>o</sup> XII<sup>o</sup> feria sexta infra pascha.

Nach dem Original.